

# Beiheft

S 204 ff.

x)

Item queratur  
Evesce Heylkinc,  
soror Renscen  
Brunscinc, mor-  
rans pro tem-  
pore iuxta ec-  
clesiam Dinsperle  
data ecclesie  
pro sorore (Elsika  
filia) Wilhelmi  
Hetcelinc per  
Asert nuncium  
domini de Bordlo.  
Item Johannem  
filium Jutte in  
Groninc per Her-  
mannum Wiscinc  
venditum Gerhardo  
Stemerinc et pro  
Hermanno suo fratre

Karte IV

Item Henricus Slademan pro Gertrude filia Bernardi Hillebrandi Lam-  
bertum Roderine, qui dudum obiit.

Item pro uxore Henrici sculteti curtis in Ratmen dabatur in reconcambium  
Evesa Lefardinc cum pueris suis morans pro tempore iuxta Dotinghem et  
filius villice de Brukinc, qui datus fuerat ecclesie pro uxore Hermanni willici  
in Kornebeke.

Item Aleydis soror Gerhardi thor Steghe iuxta Bocholte dedit in recon-  
cambium pro se manumissus Aleydim, filiam Gertrudis diece thon Lare morantis  
in parrochia Wintersvic iuxta Brocmolen; et nunc vocatur Daye thor Plaschen-  
borch et moratur in Micste.

Item soror Johannis Bodikere, morans pro tempore in curte Boewincke, fuit  
recepta, ut dicitar, pro uxore H[ermann]i sculteti Kornebeke, que dicitur  
puerum peperisse.

Item nota, quod Johannes filius Stinen Werencinc, dictus Johan van  
Alten, in Dotinghem et Stenvorde morans anno Domini MCCCXXX primo  
attinet, ut dicitur, ecclesie Vredenensi, quandam datus ecclesie pro matre  
Johannis Werencync oriunda ex curte Ratmen, qui dicitur se iunxisse domino  
Henrico de Wische.

Item Bernardus dictus Paschedach colens anno Domini MCCCXXXI  
curtem dictam Nienhof in Alten dicitur ecclesie attinere, sed dubium dicitur  
esse, utrum sit ceroensualis an servus.

Item pro Lisa filia Alberti de Hengestlo dabatur ecclesie Oda filia Ger-  
hardi Lefardinc et filius eiusdem Ode et Bernardi Kelewic.

Item Fredericus de Hondorpse frater Bernardi de Hondorpse  
Officium Ricense.

Hillegundis filia Gertrudis, filie Johannis Oveljunges et Rodolphi eius  
mariti; hanc Wilhelmus de Etschedorpse olim dedit ecclesie pro Wilhelmo filio  
Gertrudis Abbinc, sed dicit dictus Wilhelmus, quod attineat ecclesie, quia per-  
mutatio non habuit processum.

Item Evescen (obiit) Roszen (obiit), Gotfridum (vivit Dingeden) et Ber-  
nardum (obiit) eius filios Bernardus de Rede restituit pro Johanne thon Kote,  
Lummode thon Kote ac Johanne et Gerhardo eius filii.

Item queratur de Oda sorore Heynonis de luttiken Stoteler et Johannes  
et filius eius. — Moratur cum Heynone ton luttiken Stoteler dicta thon Gorhus;  
et filius eius. — Moratur cum Heynone ton luttiken Stoteler dicta thon Gorhus;

Item Wendela de Wighere tho Dederen et Gertrudis eius soror et eorum  
pueri et cognatio dicuntur ecclesie attinere. X

Item queratur Evesce Heylkinc, soror Renscen Brunscinc, morans pro